



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

vi. Corollaria ex supradictis regulis deducta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

ritate, tūm quia dabat operam rei licitæ; tūm, quia omnem diligentiam adhibuit, siquidem ascendit illum equū, & currebat consilio Medici & sanitatis gratia, & omnem paciter diligentiam adhibuit, ne quem in eō cursu obviam haberet, & occideret. Et Monachus ille, de quo mentio fit in capitu, ex licitis, 2. excusatur ab irregularitate, non tam quia faciebat rem licitam, quā quia non faciebat rem periculosa, deponerat enim campanam in loco, in quo non credebatur aliquem transire, existere, aut venire, vnde nihil ex his textibus pro adversa sententia colligi potest.

17 Ad rationem quam afferunt, Respondetur, discrimen maximum esse inter eum qui dat operam rei licitæ, & illum qui dat operam rei illicitæ, dans enim operam rei licitæ, ac nullo modo ei prohibita, quæcunque illa sit, modo debitam diligentiam adhibeat, excusatur ab irregularitate; Dans vero operam rei illicitæ, quicquid sit de diligentia, quam adhibet, si res illa non sit periculosa hominibus, non est irregularis, si vero sit periculosa, efficitur irregularis, ex Couarr. in Clemen. Si furiosus, par. 2. §. 4. num. 10. de homicid. Mich. Salon, 2. 2. quest. 64. art. 8. Controuersia 3.

Corollaria ex supradictis Regulis deducta. Cap. VI.

S Y M M A R I V M.

- 1 Equum ferocem equitans & omnem diligentiam adhibens si casu aliquis ab equo occidatur, clericus equitans non est irregularis.
- 2 Magister percussus discipulum, si in percussione non excedat, etiamsi exinde mors sequatur, irregularis non erit.
- 3 Pulsans campanas, aut eas tollens, si quis casu absque culpa eius occidatur, non est irregularis.
- 4 Pulsans campanas in signum quod aliquis a ministris iustitiæ occidendus sit, irregularis non est.
- 5 Lapidem ludendo mittens in aliquem, si is a lapide fugiens in alterum lapidem caput offendat, & culpa medici moriatur, irregularitatem non incurrit.
- 6 Clericus cum laico ludens, si exinde quis occidatur, irregularis efficitur.
- 7 Clericus in sacris chirurgi officium cum aduisione, vel incisione prohibendum est, & quare.
- 8 Mediens ut de morte infirmi non teneatur, quæ requirantur.
- 9 Monachi, & Clerici in sacris, artem chirurgiæ cum aduisione, vel incisione exercentes, si mors inde sequatur, quamcunque diligentiam adhibuerint, sunt irregulares.
- 10 Monachus, aut clericus artem chirurgiæ an in necessitate licitè exercere valeant, absque irregularitate.
- 11 Clericus in sacris, nec non monachis, qualiter artem chirurgiæ exercere liceat.
- 12 Medicinam, aut potionem dantes absque medici consilio, subsecuta morte, irregulares sunt.
- 13 Agonizantem infirmum zelo pietatis adductus in aliud latus vertens, secuta morte citius, quando irregularis censendus.
- 14 Sagittam a vulnerato extrahens, si mors inde citius sequatur, irregularis est.
- 15 Clericus cū femina prægnante ludens si exinde casu abortio fetus animati contingat, irregularis erit.
- 16 Clericus prægnantem ad se venire faciens, secuto abortu, quando irregularis censendus.
- 17 Clericus venationi periculose operam dans, secuta morte irregularis est, etiamsi omnem diligentiam adhibeat.

- 18 Venatio quanam clericis beneficiarijs, aut monachis prohibita sit.
- 19 Vrsum leonem, aut aliud animal indomitum incaute domini tenens, subsecuta morte alicuius, irregularis efficitur.
- 20 Parentes, & nutrices, in lecto infantes tenere prohibentur propter mortis periculum, quod exinde contingere solet.
- 21 Parentes sub excommunicationis pena infantes apud se in lecto tenere multis in locis prohibentur.
- 22 Clericus arborem alienam egdens, au si casu exinde aliquis occidatur, irregularis sit.
- 23 Monachus campanas tempore prohibito pulsans, au si casu aliquem occidat, adhibita debita diligentia, sit irregularis.
- 24 Monachus contra superioris obedientiam mercando, irregularis non est, si post debitam diligentiam aliquem casu occidatur.
- 25 Monachus Franciscanus equitando contra regulam suam peccat.
- 26 Inducens socium, ut intret vineam alienam causa furti, irregularis non est, etiamsi socius a custode vineæ occidatur.
- 27 Tectum reficiens, & inde tegulas deiciendo aliquem occidens, quando irregularis censendus.
- 28 Mittens puerum pro asportanda aqua ad fluvium secuta morte puer, irregularis efficitur.
- 29 Lapidem ludendo proiciens in aliquem, aut seipsum explodens, si is in quem lapis conijcitur, ne percutiam fugiens cadat, & moriatur, quando irregularis censetur.
- 30 Lapidem in Petrum proiciens, si Petrus alterum impelat sine dolo & alter occidatur, irregularis efficitur non Petrus, sed qui lapidem in Petrum proiecit.
- 31 Perterre faciens virum meticulosum, aut mulierem prægnantem ioco, secuta morte, vel abortu fetus animati, irregularis est.
- 32 Irregularitas ex homicidio casuali proneniens, non solum quoad ordines suscipiendos, sed etiam quoad susceptor, impedit.

EX his quæ in superioribus Regulis dicta sunt, plura inferri possunt.

- 1 Primo inferitur, non esse irregularem eum, qui equitans equum ferocem, & debitam diligentiam adhibens, si casu ille casu aliquem occidat, etiamsi Clericus fuerit qui equo illi insidet, vt colligitur ex cap. signifiasti, 1. & cap. dilectus filius, de homicid. Ratio est: quia dat operam rei licitæ, & absque culpa eius occisus est aliquis, maxime si credatur equum bene duci scire, & ipse met equitare non perit Angelica, verbo, Irregul. §. 17. Summa Astensis, part. 2. libro 6. tit. 14. artic. 6. questione 10. Couarr. in Clemen. tin. Si furiosus, par. 2. §. 4. de homicid. num. 5. versicul. posterior.
- 2 Secundo inferitur, quod Magister percussus discipulum, si non excedat in percussione, etiam si ex ea mors sublequatur, non erit irregularis. Ratio est: quia moderatè & absque culpa verberando, dat operam rei licitæ, vt patet cap. 1. & c. cum voluntate, de sent. ex comm. & cap. presbiterum, de homicid. & quia talis percussio committitur non solet esse causa homicidij. Dixi, si non excedat in percussione, quia si excedat modum, & mors inde sequitur post paucos dies, v.g. octo, vt colligitur ex cap. conturbatur, & Panor. in ca. presbiterum, de homicid. est irregularis ob culpam in excedendo modum. Et idem dicendum est de tempore longiori, dummodò reipsa constaret, vel Medicorum iudicio, mortem ex illa percussione contingere, vt Panor. in d.c. presbiterum, numero 3. Quia in hoc casu licet daret operam rei licitæ simpliciter loquendo, quia tamen non

non adhibuit debitam diligentiam præcauendo talem exitum, subiecta morte irregularis efficitur, vt Panor. & DD. in d. c. *presbiterium*, communiter notant, vbi iudicatur irregularis, quia periculosè percussit, nimirum in loco periculoso, id est, in capite, vnde presbiter ille nõ adhibuit diligentiam, licet daret operam rei licite, simpliciter, & diligenter loquendo, sic Syluest. verbo, Homicidium, 2. q. 2. Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. sexto. Navar. in Man. c. 27. numer. 23. vers. vigesimosecundo. Maiol. lib. 5. ca. 48. §. 3. numer. 12. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. num. 5. §. 3. Summa Corona tit. de Irreg. num. 16. Regula 3. & Henriquez lib. 14. c. 15. §. 3. & facit l. præcepto, ff. ad leg. Aquil.

Tertio infertur, quod pulsans campanas, aut eas tollens, si casu absque eius culpa aliquis occidatur, nõ erit irregularis, *ex literis*, 2. & cap. *Ioannes* de homicid. Ratio est: quia dedit operam rei licitæ, & debitam diligentiam adhibuit. Sin verò pulsatio campanarum esset illicita, puta quia pulsaret ad seditionem & arma, si exinde in illa pugna quis occidatur, irregularis erit, quia dedit causam huic mortis, & præcauere debuit simile quid euenturum. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. n. 5. vers. Tertio, de homicid. Navar. Man. c. 27. nu. 23. vers. 23. Maiol. lib. 5. ca. 48. §. 3. Tabien. verbo, Irregularitas, 3. §. Decimonono, Syl. verbo, Homicidium, 2. q. 10. Cosinus Philarchus lib. 4. c. 1. §. 7. Regula 3. Summa Corona tract. de Irreg. numer. 16. Regula 1. Addit autem Coua. vbi supra, non esse irregularem, qui campanam pulsauerit in signum, quod aliquis sit a ministris iustitiæ occidendus, quod idem docet Mart. lib. 2. c. 10. nu. 4. Clericus verò id faciens, vel fieri concedens, peccat, si capana sit consecrata, vt constat ex Cõc. Mediolan. l. sub Pio IV. celebrato per RR. Card. Borromeum, p. 1. tit. de Eccl. & earum, cultu, in fine.

Quarto infertur, Rectè iudicari non esse irregularem illam in c. *exhibita*, de homicid. qui misit ludendo lapidem in aliam, & is a lapide fugiens, & domum proci dens in alterum lapidem caput offendens, culpa Medici mortem obicit. Quia qui misit lapidem dedit operam rei licitæ, (studens enim ille inter pueros licitus fuit) nec aliquam culpam habuit, quam ipse præuidere potuit, vnde homicidii casu contingens ei non imputatur: sin autem culpam habuisset, quia scilicet lapidem ita grauem misit, vt non fugienti vulnus posset periculosum inferri, irregularis esset, quia lapidem mitteret. Innoc. Pan. & DD. ibi, & Couar. in Clem. Si furiosus, p. 2. §. 4. num. 6. de homicid.

Quinto infertur, Quam rectè Clericus cum Laico ludens cuius ludi consuetudo erat, vt obtinens ludum equitare socium, & cum laico ludum obtinuisset, prosiuit super Clericum equitaturus eum qui falce illius Clerici qua fuerat accinctus, vulneratus, & post paucos dies mortuus, irregularis iudicatus est; in c. *continebatur*, quem ille alius Clericus ad terram proiciens, a cultello quem ad latus habebat, grauius vulneratus, & mortuus, excusatus sit, ab irregularitate cap. *Laos*, de homicid. cum tamè eadem ratio in vtroque casu esse videatur: si quidem, in priori casu dabat operam rei licitæ ludendo cum laico, quod non licebat, arg. cap. *laicos*, 2. q. 7. vel si licitum fuisset, non adhibuit debitam diligentiam; quia cum sciret falcem, & ludi conditionem, non remouit a se falcem, & sic in culpa fuit; in secundo autem casu ludebat cum clerico, & ludo licito, nec aliquid maius probabiliter futurum de cultello illo putabat, vnde licet in culpa non fuit, sed aiter qui potius ingessit, se proiciens illum ad terram, sic glof. in c. *continebatur*, in verbis, *Romani Pontificis*, de homicid. Summa Astenfis, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 6. q. 3. Angelica, Homicidium, 2. §. 9. Syl. Homicidium, 2. §. 3. & 4. Cosinus Philarchus, lib. 4. c. 1. §. 7. vers. *Tertia Regula*. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 27. vers. *Non casu*. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. num. 6. de homicid. vbi notat Coua. ex d. c. lator, probari potest ludum licitum esse etiam Clericis. Immo addit, ludos casu excedendam virtutum, & vitium tunc Clericis etiam in sacris constitutis licere, quoties hi ludi non sunt communi hominum iudicio ad mortem, vel vulnera periculosa, iuxta ea que notant DD. in c. 1. & ca. sententiam san-

guinis, ne Clerici, vel Monachi, & in cap. 1. de torneamentis. Quæ omnia ex duabus Regulis prioribus colliguntur.

Sexto infertur resolutio illius Quæstionis, qua quaeritur: An Laici, Clerici, & Monachi, Chirurgiæ, vel Medicinæ operam dantes, irregulares sint, si inde sequatur homicidium? sciendum enim est, Clericis in sacris constitutis, prohibitum esse officium Chirurghi cum aduisione, vel incisione, in c. sententiam sanguinis, ne Clerici vel Monachi. Qui textus etiam si loquatur tantum de constitutis in sacris, vt constat, dum nominet solum Subdiaconos, Diaconos, & Sacerdotes; tamen Pan. ibi num. 21. & Syl. u. verbo, Medicus, q. 2. & verbo, Homicidium, 2. q. 12. Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. vndecimo. & verbo Medicina, §. Tertio. Maiol. lib. 2. c. 12. nu. 7. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. num. 3. de homicid. Petrus de Arragon. 2. 2. q. 64. art. 8. dub. 2. in argum. 1. & citat Paulum Parisium, c. 11. §. 6. li. 4. & Henriquez lib. 14. c. 1. §. 1. extendunt ad existentem in minoribus si sit beneficiatus, & idem de Monachis manifestum est, ex cap. *Tua nos*, de homicid. his enim prohibetur officium Chirurgiæ, etiam si periti sint in arte Chirurgiæ, ob periculum mortis, quod exinde euenire solet. At verò Laici in arte Chirurgiæ periti, & Clericis in minoribus, qui beneficium non habent, licitum est officium Chirurgiæ exercere cū aduisione, vel incisione, vnde, iuxta nostram sententiam superius positam sequitur, Laicos, & Clericos in minoribus non beneficiatos, artem Chirurgiæ cum aduisione, vel incisione, necnon Medicinæ artem exercentes irregulares nõ esse, si obseruans illius artis præceptis, mors subsequatur, sed licitè ad ordines promoveri posse. Quamuis enim Clemens Papa III. in c. *Ad aures*, de arat. & qual. ordin. consulit Medico, ne ad ordines promoueatur, id tamen non ea de causa consuluit, quia mors ex illius artis exercitatione subsecuta sit, sed ex dubitatione de aliqua negligentia commissa in illius artis exercitio; vnde mouet, ne promoueatur, si conscientiam lafam haberet alicuius culpæ, quasi libere permittum iure sit ad ordines sacros promoveri, vbi artem Medicam absque culpa exercuerit, etiam si casu aliquo fortuito mors aliunde subsecuta sit.

Vt autem Medicus non teneatur de morte infirmis, tria præcipue sunt necessaria; *primum est*, vt sit peritus in arte illa, & professione. *Alterum est*, vt adhibeat omnem diligentiam secundum artis præscripta. *Tertium est*, vt admoveat infirmum, vt præcaueat ab his, quæ sibi sunt nocumta futura, text. in cap. *Tua nos*, de homicid. & ibi Pan. num. 3. Host. in Summa, lib. 1. tit. de arat. & qual. ordin. §. ordo Angelica, Homicidium, 2. §. 18. Syluest. Homicidium, 2. §. 13. Tabiena, verbo, Medicina, §. 2. & verbo, Irregularitas, 3. §. vndecimo. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. nu. 2. de homicid. Immo verò, si aliquis Laicus Chirurgus peritissimus, aliqua ex causa, quæ non respiceret imperitiam artis, sed pœnam aliunde inflatam, prohibitus esset à Iudice ad tempus vti Chirurghi officio, & is non obstantè prohibitione hac, secretò eadem arte vteretur, & ob aliquam aduisionem, vel incisionem permissimè factâ culpa agroti, mors secuta sit, non erit irregularis. Hæc enim transgressio illicita præcepti Iudicis non pertinet ad culpam homicidij casualis, cum prohibitio hæc illi facta nõ sit propter homicidij periculum; vnde, quamuis peccet faciendo contra iudicis præceptum, irregularis non erit, etiam si aliunde mors subsequatur, ex Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. numer. 10. vers. Tertio, de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 1. §. 1.

Econtra verò, Monachi, & Clerici in sacris, nec nõ in minoribus existentes beneficiati, cum illis prohibitum sit exercere artem Chirurgiæ cum aduisione, vel incisione, propter periculum homicidij, si mors inde sequatur, irregulares erunt, quantamcunque diligentiam adhibuerint, & hoc ratione operis illiciti sufficienter in talem effectum iudicati. Quo fit, vt vtrumque necessarium sit, scilicet, quod inciderint, vel combusserint, & quod mors inde subsecutur; si enim non inciderint, vel combusserint, aut si combusserint, vel inciderint, non tamen ex illa incisione, vel combustione subsecuta sit mors, sed aliunde, scilicet ex malo regimine, aut alia de causa, irregulares non erant. Hinc

Hinc constat, quàm rectè Monachus, qui tumorem pietatis cauta ferro aperuit, in c. Tua nos, de homicid. ab Innocentio Papa III. irregularis, iudicatus sit, quamvis omnem diligentiam adhibuit, monendo feminam illam, ut a veneno cauteret, & ipsa veno se exponens, mortè obierit; Quia dedit operam arti Chirurgiæ illi prohibetè ob periculum homicidij, quod solet frequenter exinde sequi, maxime, quando quis nõ est in arte peritus, qualis præsumitur Monachus communiter non esse, ut rectè docet Cou. in Cle. Si furiosus, par. 2. §. 4. nu. 3. de homicid. quamvis enim verè sit peritus in arte, in foro tamen exteriori præsumitur non esse satis peritus, & hic sensus est illius ca. Tua nos, de homicid. In cuius expositione fallitur Sotus, lib. 5. de iust. q. 1. art. 9. ante finem, primo in eo quod ait Monachum illum non fuisse irregularem. Quod falsum esse constat; siquidem Innocentius Papa III. ibi vult cum illo facillè dispensandum adhibita pœnitentia, & satisfactione, quia curabat ex pietate, non ex quæstu, qui verò dispensatione eget, irregularis est. Secundo errat in eo Sotus, quod velit illum fore irregularem, si lucri gratia officium illud exercuisset, secuta morte, existimans prohiberi Monachis & Clericis hoc officium, solum ob lucrum; Quia ut diximus officium Chirurgiæ cum incisione, vel adustione non est illis prohibitum ob lucrum, sed generaliter etiam ob pietatem, eo quod est officium periculosum, ut rectè docent Ioan. Andr. & Panor. vbi supra, in c. Tua nos, nu. 5. de homicid. & alij, quos refert, ac sequitur Nau. in Man. capit. 27. num. 222. verò. Quarto, vnde & Monachus ille, cuius mentio fit in d. cap. Tua nos, iudicatur a Papa irregularis, non quia dabat operam rei illicitæ & prohibetæ simpliciter, sed prohibetæ illi, quia periculosa, vulnus enim illud, quod illi feminæ intulit in gutture ad curandam tumorem, fuit opus ex se periculosum, & ideo subsecuta morte, quamvis culpa etiam mulieris, induxit irregularitatem.

10. Quando autem Clericus, aut Monachus verè peritus esset, & vrgeret necessitas, nec alius laicus peritus adesset, qui id facere posset, si clericus hac urgente necessitate officio hoc Chirurgi in casu aliquo particulari vreretur, excusaretur fortassis a prohibitione iuris & ab irregularitate, etiam si mors aliunde subsequatur, ut docet Henriquez lib. 14. c. 1. §. 1. cuius sententia probabilis est; non enim existimandum est velle Ecclesiã, ut in tali necessitate obliget suum præceptum, vnde sicut tunc in homicidio casu si excusator a culpa & voluntario, ita etiam excusatur ab irregularitate.

11. Et quæ hactenus diximus de Clericis, & Monachis, intelliguntur solum de exercitatione chirurgiæ cum adustione, vel incisione, siquidem Clericis etiam in sacris constitutis, & Monachis licitum est exercitium artis Medicinæ, dummodò nec incisio, nec adustio, nec etiam probabile periculum mortis intercesserit, & hoc maxime erga personas miserabiles, & cognatas personas, arg. c. 1. & 2. de postul. quibus sit eis facultas postulandi, seu aduocandi, pro huiusmodi personis. Vnde si Monachus, vel Clericus exercet Medici artem, & peritus esset tanquam alter Medicus peritus, & absque eius culpa, casu infirmus & egrotus moreretur, non esset irregularis ex Cardin. in c. Tua nos, col. 1. de homicid. Cona. in Clem. Si furiosus, p. 2. §. 4. nu. 3. de homicid. quia daret operam relictæ. Nam ut constat, ex c. Ad aures, de erat. & qualis. Pontifex consulit ne promoueatur ad ordines, qui habet conscientiam laesam alicuius culpæ, & negligentia, hinc significans promoueri posse, vbi artem Medicam absque culpa exercuit, & idem docent Nau. in Man. c. 25. nu. 111. verò. Clericus verò, & Henriquez lib. 14. c. 1. §. 1. in annot. litera F. nullo iure prohiberi Clericis, ut arte Chirurgiæ, vel Medicinæ viam absque incisione, vel adustione, & Pa. in c. sententiam sanguinis, nu. 22. Ne Clerici, vel Monachi, potius in hanc sententiam inclinat, quia inquit, non ita contingit periculum mortis directè in Physica, sicut in chirurgia, quæ per adustionem, vel incisionem fieri solet.

12. Septimo inferitur, dantem Medicinam, aut potionem, absque Medici consilio, aut contra eius prohibitionem, alicui egrotanti, si inde mors subsequatur, esse irregularem, quia rei sibi prohibetæ & periculosa, ex qua mors subsecu-

ta est, operam dedit, sic Inno. & DD. in c. Tua nos, & Marian. Socin. in ead. audientiam, nu. 32. de homicid. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 39. & 41. & Cou. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. nu. 3. verò. Ex his etiam, de homicid. & Henriquez lib. 14. c. 1. §. 5. & alij.

13. *Octavo* inferitur, cum qui egrotum agonizantem modo pietatis, & compæssionis ad ductus in aliud latum veni, ut moriatur, vel mors eius acceleretur, fore irregularem. Circa hoc autem aduertendum est, non fasit tunc locum esse Pelagium, lib. 1. de planctu Ecclesiæ, c. 48. dum absolute docet volentem in aliud latum, etiam sine culpa, irregularem esse; vnde consulit Clericis abstinere omnino ab officio Infirmitij: Ceterum cõmunis opinio DD. est, eo qui ex officio, aut ex Prælati obedientia inferunt egrotis, non incurere irregularem, nisi acceleretur mors egroti ex aliquo facto ipsorum notabili, ob eundem, aut notabilem eorum negligentiam. sic Astensis in Summa, par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 4. & art. 8. q. 18. & Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 10. S. Anr. 3. par. tit. 29. de Irreg. c. 2. §. Homicidium, verbo, in fine, & §. Homicidium casuale, in fine. Angelica, verbo, Homicidium, 2. num. 14. Spectulade dispens. §. iuxta, verò. Quod si alius infirmum, Villal. tract. de Irreg. c. de percussore, col. 5. Marian. Socin. in ead. audientiam, nu. 32. de homicid. Syluest. verbo, Homicidium, 2. q. 15. Tabiena, verbo, Irregularitas, §. 12. & 13. Caiet. 2. 2. q. 64. art. 8. Sotus, lib. 5. de iust. q. 1. art. 9. Nau. in Man. cap. 27. nu. 228. verò. Decimo quinto, & nu. 229. verò. Decimo sexto, Cou. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. nu. 2. verò. Parisi sanè ratione, de homicid. Summa Pisanella, verbo, Homicidium, 2. §. penult. Martin. Ledem. 2. 4. q. 1. art. 2. de Irreg. pag. 365. col. 3. Alph. Vival. tract. de Irreg. num. 246. & nu. 247. Summa Corona tit. eod. verò. Quarta regula. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 1. nu. 2. & §. 4. nu. 4. & Henriquez lib. 14. c. 1. §. 5. & ca. 16. §. 3. in fine. Quæ autem sit culpa notabilis, & acceleratio, iudicatur peritis artis. Id quod procedit nõ solum in eo, qui hoc facit, sed in eo qui qui id iubet, rogat, aut consulit, ut faciat. Et ita iudicandum est, quid sit dicendum in sequentibus casibus, si quis infirmus egrotus, eum ex vno latere verit in aliud, ita ut mors eius acceleretur, quia vel apostema frangitur, vel antea impeditur, vel quia ex eo motu suffocatur. Id, si qui ad iram prouocant egrotum, vel ei malum nũcium dant, aut ad tristitiam excitat, vel verbis asperioribus commouerit, aut perturbauerit. Item, si aut vinum, aut aquam, vel aliquid cibi egroti dederit, aut preces eius, aut consilia terius, præterquam Medici. Item, si egrotum sicut velle dõ surgere, vel cubiculo egredi, aut domo exire, & inde acceleretur mors. In his omnibus & alijs similibus casibus, si non sit evidens, aut notabilis negligentia, qualis esset si aliquid scienter contra præcepta Medici egroti portingeretur, aut qualis esset notabilis motus quo egrotus ad iram, vel tristitiam commoueretur, & qualis esset si cubili infirmo vocaret minutorem, vel portigat ei vinum, aut aquam aut non bene custodiret infirmum, & qualis esset si cubili phrenetici, vel furiosi dimittat eum, ut ipse iret ad iudicandum in platea, vel aliam daret operam rei illicitæ, aut ex nimia crapula, vel ebrietate vigilare non potuit, & egrotus vel se præcipitaret, vel alium in phrenesi occideret, nõ est cur irregularitas timeatur, maxime, quando hæc sunt ex obedientia superioris, aut ex pietate, & charitate erga infirmum, & absque vlla intentione nocè si infirmo; Quia ad hoc, ut sit homicidium voluntarium, indirectè, & casuale, non sufficit ex opere commissio, aut ex quacumque minima negligentia mortem subsecutam esse, sed necessarium est, aliquam notabilem culpam in committendo, aut negligentiam in omittendo fuisse, ex qua in indirectè aut voluntarius & peccatum mortale sit. Quod si infirmum aut peritus artis de propria culpa dubius sit, & bona esse & intentione id fecit, puta, versat infirmum, ne angustetur, ut quietius dormiat, emollit lectum, ministrat aliquos cibum, aut potum, potest ad viri boni arbitrii omnes seruos deponere, & se non putare irregularem, quia in dubio, sine dolo existens, non est culpandus de irregularitate. Nec magis prohibetur Sacerdos curam infirmorum agere, quam laicus, ut rectè Caiet. & Henriquez vbi supra.

cap. 15. §. 5. in annot. litera M. docent, ubi autem Sacerdos est perplexus, maxime dum agonizet infirmus, tutum consilium est, quod dicat laico infirmario, ut officium suum exequatur, juxta Medici prescriptum, & infirmi necessitatem.

14. *Novi inferitur, Irregularem esse eum, qui a vulnerato sanguinem extrahit, si non sit Medicus, aut Chirurgus artis peritus, si ex hoc ipse vulneratus citius moriatur, quod verum est, quando extrahens sagittam culpam commisit in extrahendo, eo quod non servavit modum ab huius artis peritis prescriptum, dedit enim operam rei sibi illicita, & periculosa, ideoque si culpam commisit, irregularis erit, aliter irregularitatem non incurrit. Specu. titu. de dispensa. §. iuxta, versic. si autem aliquis sagittam. Nauar. in Man. cap. 27. numer. 2. 29. Couar. in Clement. Si furiosus, par. 2. §. 4. numer. 3. in fine, de homicid. Maiol. libr. 5. capit. 48. §. 4. numer. 3. Martin. Ledesm. 2. 4. quæst. 26. ar. 2. de Irregu. pag. 365. colum. 3.*

15. *Decimo inferitur, Quod si Clericus, aut Monachus cum femina prægnante ludat, etiam si affinis, vel consanguinea sit, & quantumvis modeste cum ea ludat, & siue ex causa honesta, aut inhonesta cum ea salter, aut choreas ducat, censetur irregularis, si casu contingat abortio fecus animam ex eo lusu, quia lusus ille cum femina prægnante periculosus esse saltem frequenter occasione præbens abortivus, & talis ludendi levitas Clerico & Monacho indigna est, & illicita propter periculum abortivus, secus autem si Laicus, puta maritus, frater, affinis, aut persona connexa ludat, & ludus sit levis, tunc enim si casu sequatur abortio, irregularis non erit, quia levis ludus, vt choreas ducere modeste, etiam cum muliere prægnante, non est prohibitus Laicis, sicut Clericis, & Religiosis, & ideo non imputatur abortus Laico, qui Monacho, aut Clerico imputaretur, sic Panor. in cap. sicut ex literarum, & ibi Pan. numer. 6. de homicid. Angelica verbo, Homicidium, 2. §. 5. Syluest. verbo, Homicidium, 2. §. vndecimo, Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. 14. Nauar. in Man. cap. 27. num. 236. §. vigesimo quarto, & Couar. in Clement. Si furiosus par. 1. §. 4. num. 4. & numer. 10. vers. Quinto, de homicid. Maiol. lib. 5. ca. 48. §. 3. numer. 8. Cosmus Philarchus, libro 4. cap. 11. §. 7. vers. Tertia Regula. Summa Corona, tit. de Irregu. numer. 17. Petrus de Arragona, 2. 2. quæstio. 64. articulo. dub. 2. ad 2. quicquid Henriquez lib. 14. capit. 15. §. 4. vellet Clericum, aut Monachum Irregularem in hoc casu non esse, si caute ludat, aut salter cum prægnante, qui salter, cum enim concedat esse illicitum propter periculum, etiam fatendum est irregularis esse Clericos, & Monachos, ita cum prægnante saltantes, si sequatur abortus, quia dant operam rei illicita, & prohibita, ex eo quod sit actus ad abortivum periculosus, sicut etiam Laici, secus abortiva irregulares essent, si incaute cum prægnantibus ludant, ob periculum abortus. Et hac de causa Clericus, qui ad se venite facit prægnantem per loca periculosa, vt perlecta domus, aut per fenestram, si illa cadens motiatur, aut abortiat, irregularis est, secus verò si introducat per viam planam, puta per ostium, & idem contingat, quia licet utrumque opus sit illicitum, & ex utroque secus sit abortus, vel mors, prius tamen est periculosum, & iustè dicitur ordinatum ad abortum, vel mortem, non autem posterius, sic Syluest. verbo, Homicidium, 2. §. 7. citans Gabriel. Laudun. Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. 14. Nauar. in Man. cap. 26. num. 235. versic. vigesimo tertio, & Henriquez lib. 14. c. 15. §. 4.*

17. *Vndecimo inferitur, Quod si Laicus incumbens venatione periculosa, qualis est ea, quæ fit armis, adhibeat sufficientem diligentiam ne sequatur homicidium, & tamen sequatur, non est irregularis, quia illi non est prohibitum venari, Clericus verò in sacris constitutus, prædicta venationi incumbens, irregularis erit secundo homicidio, etiam si diligentiam omnem adhibeat, ne sequatur, quia est illi prohibitorium, sic venar. S. Antonin. 3. par. tit. 29. capitul. 2. §. 4. Angelica, verbo, Homicidium, 2. §. 13. Syluest. verbo, Homicidium, 2. §. Quinto. Socin. lib. 1. consil. 38. Aiphon. de Castro, libro 2. de potest. leg. penal. capitul. 14. versic. Nec refert, & Caietan. 2. 2. quæstio. 64. articulo. 8. Nauar. in*

Manual. capitul. 27. numer. 235. versic. vigesimo secundo. Couar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. numer. 10. versic. Quarto, de homicid. Henriquez libro 14. capitul. 15. §. 3. Qui tres vltimi auctores merito cum Soto libr. 5. de iust. quæst. 1. articulo. 9. quibus consentit Petrus de Arragona, 2. 2. quæstio. 64. articulo 8. dub. 2. Coroll. 3. hoc quod citimus solum verum esse docent, quando Clericus daret operam venationi, quæ illi prohibetur, quia de se est periculosa.

18. *Sciendum enim est, Clerico beneficiario, aut sacris initiato, & Monachis, aliquam venationem prohiberi tanquam periculosam, vt est venatio aprorum, & ea quæ clamorosa est, & fit cum armis, c. Qui venatoribus, & seq. & c. Esau. & ibi glos. in verbo, piscatores, dist. 86. & capitul. 1. & 2. & ibi glos. & Panor. de clerico venatore, & de hoc venationis genere procedunt, quæ hæcenus dicta sunt. Alia venatio prohibetur istis solum ob honestatem, & status decentiam, vt venatio cuniculorum, & animalium mansuetorum, ac avium captio, sine strepitu & clamore neque enim status eorum permittit, vt his se frequenter exercent, & ita Monachis nigris prohibetur venatio fitiens dum fit ex proposito, & cum canibus simul & avibus, Clem. Ne in agro, de statu Monach. Si tamen taro, & recreationis causa id faciant, non peccat, dummodo abest scandalum, ex Syluest. verbo, venatio, & Henriquez vbi supra, cum alijs multis, quos refert, quod intelligo, quando cum silentio, & modestia id faciant, & tempore non prohibito, si enim id facerent in Quadragesima, graviter peccarent, sicut etiam si alijs temporibus ieiuniorum id facerent, argum. cap. Quid prodest, & cap. An putatis, dist. 86. & cap. si nulla, 23. quæst. 8. & Syluest. vbi supra. Vnde si clericus venationi huius generis operam daret, etiam tempore interdictionis, vt diximus, & etiam contra Prælati præceptum, si nulla alia culpa accedat, sed debitam diligentiam præmittat, & casu occideret hominem, quem perabat feram, aut si se exercens in Balista sagittam in volutrem dirigens, casu incidat in hominem, aut si Clericus porcos de agro pulsurus lapidem iaciat, & puerum interficiat, præmissa debita diligentia, irregularis non erit, argum. cap. Clerico, & glos. ibi, dist. 50. & Syluest. verbo, Homicidium, 2. §. Quinto & Tabiena, verbo, Irreg. 4. §. 19. in fine. Henriquez lib. 14. ca. 15. §. 3. Quia vt rectè docet Couar. vbi supra, vbi venatio interdicta est propter honestatem solum, si nulla alia culpa in ipso actu contingit, quam quod det operam rei interdictæ, irregularis non erit. Non enim culpa illa venationis illicitæ ad homicidium pertinet, sed tantum ad transgressionem præcepti de non venando constituti, quæ non sufficit ad irregularitatem ex homicidio casuali sine alia culpa subsequente. Ex quibus constat Caietani dictum 2. 2. quæst. 64. articulo. 8. vbi ait, clericum mortaliter venationi vacantem ab homicidio culpa excusari, quando nobilis Laicus venationi vacans ab homicidio culpa excusatur, quia scilicet adhibita est omnis diligentia, ne cuiquam noceret venatio, falsum esse, nisi cum distinctione prædicta subintelligatur; Si enim clericus venationem exercet, quæ non est ex se prohibita tanquam periculosa, sed propter decentiam status, sic verum affirmat; Sin autem venatio illa prohibita sit tanquam periculosa homicidij, sic falsum est, tunc enim Laicos adhibita diligentia, ab irregularitate homicidij iniusti casualis excusatur, cum hic omni culpa careat, hæc autem non nisi ex culpa contrahitur; Clericus verò etiam omni diligentia adhibita irregularis censendus erit, secus homicidio, cum sit culpabilis, vt subtiliter post Nauar. in Manu. capit. 27. num. 237. versic. 27. Frat. Mich. Salon in 2. 2. q. 64. art. 8. Controversia 3. annotavit, & ex doctrina in supradicti capite a nobis tradita evidenter deducitur.*

19. *Duodecimo inferitur, Irregularem esse eum, qui habet Vriun, Leonem, Canem, si aliquod ex his animalibus hominem occidat, quod intellige, si non caute, & bene ligata hæc animalia teneat, aut si ea ligata in via, vel in itinere aut in alio loco publico custodierit, ex hoc in cap. ad audientiam, de homicid. & Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 28. Summa Aflens. par. 2. lib. 6. tit. 14. ar. 6. q. 9. S. Arr. 3. par. tit. 29. c. 2. §. Homicidium casuale. Summa Pifanel.*

- la, verbo, Homicidium, 3. §. 2. Angelica, verbo, Homicidium, 2. §. 16. Syluest. verbo, Homicidium, 2. versic. 24. Tabiena, verbo, irregularitas, 3. §. 18. Specul. tiru. de dispens. §. iuxta, Quid si aliquis tenet ceruum. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quest. 28. Nauar. in Man. cap. 27. num. 227. versicu. Decimo quarto, Conar. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. nu. 10. versic. Quarto, de homicid. Henriquez lib. 14. capit. 1 §. 3. in fine. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. nam. 13. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 29. in fine. Si enim ea caute, & bene ligata custodierit, nec in via, vel loco publico, sed in privato, tunc sicafu aliquem occidant, ab irregularitate excusatur, cum sit absque omni culpa, vt præfati DD. tradunt.
- 20 *Decimo tertio* infertur, Parentes, & nutrices, tenentes infantes in lecto irregulares esse si nocte in fornibus dormiant, suffocentur, cum hoc eis prohibitum sit propter probabile periculum homicidij, quod inde euenire solet, vt cap. consuluisti, 2. quest. 5. vbi Stephanus V. id prohibet in vniuersum omnibus parentibus, & in cap. Quæstum, de pœnit. & remiss. Clemens III. id in speciali Sacerdotibus Græcis prohibet, & est communis DD. Panor. in d. cap. Quæstum, & facit cap. De infantibus, de his qui fil. occidunt. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 57. Summa Pisanel. la, verbo, Homicidium, 3. §. 6. fina, Angelica Homicidium, 2. §. 15. Syluest. verbo, Homicidium, 2. §. 23. Tabiena verbo, irregularitas, 3. §. Sexto, & §. 14. Nauar. in Man. ca. 27. num. 236. versic. vigesimo quinto. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. nu. 9. Henriquez lib. 14. cap. 1 §. 7. Alphons. Viuald. tract. de irreg. num. 243. Summa Corona, tit. eod. nu. 17. in Regula quarta Cosmus Philarchus lib. 4. cap. 11. §. 7. Regula tertia. Toletus lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 29. Notab. 1. Ioânes Chapanillus, de casibus referuatis, Casu 10. Quod procedit, vbi probabile periculum talis euentus præcaueri poterat, & negligentes fuerint in præcauendo. Si quidem, vt plurimum tenere infantes in lecto, statim offert periculum oppressionis, ideoque nisi debitis circumstantijs honestetur, est illicitum & periculosum, quia est contra curam debitam vitæ proximi. Sin autem honestetur ex iustis causis, & debitis circumstantijs, puta quia lectus est extensus, & infans satis distat a pariete, vel nutrice, & nutrix consuevit semper se inuenire in eodẽ loco, aut situ, quo se incipiendo dormire posuit, aut implacabilitas infantis hoc exigat, vel si parentes tam inopes sint, vt ob commodum infantis ita reponant, vt in frigore foueant, excusari videtur ab homicidio, & irregularitate, si casu infans suffocetur, quia non est rationabile his concurrentibus periculum timere. Vnde in cap. consuluisti, 2. quest. 5. non absolute præcipitur parentibus, ne tenellos infantes in lectu lis proprijs collocent, Sed admonendi sunt, & protestandi.
- 21 *ne cum aliquo periculo, aut negligentia eos sic ponant.* Si igitur ex circumstantijs consideratis nulla periculi ratio iuperfit, certè euentus similiter casualis omnino censetur, nec quicquam omnino voluntarij etiam indirecte habebit, & proinde nec ad homicidium, nec ad irregularitatem imputabitur. Addunt tamen Tabiena, in d. §. 14. Maiol. Viuald. & Henriquez vbi supra, quod si adesset censura excommunicationis, vt communiter fulminatur ab Episcopis in suis Diocessibus contra eos, qui culpabiliter suffocant infantes in lecto, (constat enim experientia multos pueros suffocari) tunc nullo modo possunt apud se tenere. Talis excommunicatio referuata habetur in Concilio Prouinciali Mediolanensi, 5. par. 2. tit. de Baptismo, §. Graue, & Concilio Prouinciali Mediolan. VI. tit. de baptismo §. Grauiissimo, & in Episcopatu Saouone, vt refert Alphons. Viuald. tract. de irreg. numer. 243. vbi prohibetur, ne infantes, qui nondum ætatis suæ annum expleuerunt, in lecto teneantur, & in Synodo Casinensi Sessione 3. tit. de secularium reformatione, capit. 7. decreto V. cui nos interfumus, idem sub eadem pena prohibetur, ne ante triennium expletum in lecto teneantur, vbi errore impressoris *Triennium pro annum* habetur. Quem impressoris errorem hic annotare voluimus, ne quis talem prohibitionem, tanquam nimis rigidam, & insolitam reprehenderet, sic enim in nostro libro manuscripto, *Idcirco sub excommunicationis pena, & alijs arbitrarijs, præcipimus,*
- ne infantes ante annum expletum, in lectis, dum dormiunt, tenere præsumant;* habetur, lata namque fuit illa excommunicatio propter periculum suffocandi paruulos, vt constat quod quidem periculum post annum expletum, ante triennium cessat, vt experientia docet.
- 22 *Decimo quarto* infertur, Non esse irregularem clericum qui arborem alienam cædendo casu occidit aliquem, adhibita omni diligentia ne mors alicuius sequatur; Quia licet in hoc peccet Clericus quod arborem alienam cædat, quia tamen nõ est periculosa res, nec ex se ad alicuius mortem ordinata magis, quam si arborem suam cæderet, quia est irregularis, nisi sequatur mors ex defectu diligentie quæ adhibita, vt communiter tradunt DD. Sotus lib. 5. de iust. quest. 1. art. 9. vltra medium. Nauar. in Man. cap. 27. num. 237. versic. vigesimo sexto. Barthol. Medina, in 1. 2. quest. 73. art. 8. §. Tertia Regula, Henriquez lib. 14. capit. 1 §. 3. Michael Salon in 2. 2. questio. 64. artic. 8. Controuersia quicquid Sylue, verbo, Homicidium, 2. §. 18. & Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 11. putent irregularem esse, si cæderet lignum alienum, secus si arbor esset sua: quæ opinio omnino caret probabilitate, vt præfati auctores tradunt. Eodem modo non erit irregularis, si cædat arborem contra obedientiam superioris.
- 23 *Decimo quinto* infertur, Non esse irregularem Monachum, si pulsando campanam tempore prohibito adhibita debita diligentia casu aliquem occidat, ex eo quod tintinnabulum cadat. Sic Sotus, Nauar. Medina, Salis iacis proximè citatis, contra eundem Syl. vbi supra. Quauis enim pulsando tempore sibi prohibito peccet contra obedientiam, quia tamen non est res periculosa, aut ad mortem ordinata, non erit irregularis si casu quispiam occidatur.
- 24 *Decimo sexto* infertur, Non esse irregularem clericum, vel Monachum qui mercando aliquid contra superiorum obedientiam, casu inopinato, facta debita diligentia aliquem occidit, licet enim peccet sic mercando, non est tamen res periculosa, vel ad mortem ordinata, ex Nauar. Man. c. 27. num. 237. versic. Vigesimo septimo, & Henriquez lib. 14. cap. 1 §. 3. contra Sylu. verbo, Homicidium, 3. q. 1. §. Sexta.
- 25 *Decimo septimo* infertur, Non esse irregularem Monachum Franciscanum, qui equitando casu inopinato puerum occidit. Est enim peccat contra Regulam suam equitando, non est tamen res periculosa, vel ordinata ad mortem, dummodo diligentiam debitam adhibeat, ex Nauar. in Man. cap. 27. num. 238. §. Vigesimo octauo, & Barthol. Medina, in 1. 2. questio. 73. ar. 8. §. Tertia Regula. Henriquez lib. 14. cap. 1 §. 4.
- 26 *Decimo octauo* infertur, Non esse irregularem eum, qui inducat locum, vt intret vineam alienam causa furti occidatur focus a cane, vel custode vineæ, ex Henriquez lib. 14. capitul. 15. §. 3. & Mich. Salon in 2. 2. qu. 64. art. 8. Controuersis 3. contra Nauar. in relect. de furto, num. 24. cuius opinio tunc solum vera erit, quando probabiliter inducens noat tale furtum esse opus periculosum homicidij, & eo fine suasis, vt ille mortu exponeretur, tunc enim, cū ex illa inductione sequatur mors, & cū consensu inducentis, est homicidium simpliciter volitum ab inducente, & consequenter homicidio secuto irregularis est, qui aliu ad opus illud illicitum, & periculosum ex mala intentione induxit. Pati ratione, si quis mædet famulo vt rapiat feminam in suam libidinem, & famulus rapiendo aliquem occidit, mandans non est irregularis, quia tale mandatum non est ordinatum sufficienter ad mortem, sic Henriquez lib. 14. cap. 1 §. 3. Quod limitatur, quando non erat periculum probabile homicidij ex tali raptu, secus autem si periculum aliquod erat homicidij ex illo opere illicito, quod mandator ex qualitate personarum, loci, & actus, cogitare debuisset, tunc enim irregularis erit mandator, vt rectè Conar. in Clem. Si furiosus, p. 2. §. 1. nu. 2. versic. Sicfanè, in fine, de homicid. annotauit. Et qui fabrum lignarium fecit incedere per tectum, vt illud componat, non erit irregularis, si ille expertus forte cecidit, & mortuus est, ex Syluest. verbo, Homicidium, 2. §. Nono. Henriquez lib. 14. c. 15. §. 4. Angelica, verbo, Homicidium, 2. §. 8.

Dei monito infertur, Irregularem esse eum, qui reficiens
 rectum, & inde deiciens regulas, aliquem occidit nisi ver
 bis monuit, aut signum posuit, vt transientes sibi caueant
 ab ictu (regularum, sic Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §.
 19. Nauar. in Man. cap. 27. numer. 235. vers. 22. Maiol. lib. 5.
 1. cap. 4. §. 3. numer. 10. Henriquez lib. 14. capit. 15. §. 4. post
 5. Ant. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. Homicidium casuale. Cosmus
 Philarchus li. 4. c. 1. §. 7. Regula 1. Summa Corona trac.
 de Irreg. num. 16. Regula 1.

28. Vigesimo infertur, Irregularem esse eum, qui puerum
 pro alportanda aqua mittit ad flumen, aut puteu discop
 percam qui suffocatus est. Nauar. in Man. cap. 27. numer.
 236. vers. 23. vigesimo quinto, & Henriquez lib. 14. capitul.
 15. §. 4. Nam inittens praecogitare debuit de verisimili pe
 niculo. Pari ratione irregularis est, qui mittit puerum ad
 aquandum equum, etiam si moneat eum, vt caueat a flu
 minis, si puer flumen intret, & submersus sit, quod intelli
 gitur, quando probabiliter praecogitare debuit fore pericu
 lum, vt contingere solet. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quaest.
 26. Summa Astenfis par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 8. quaest. 8. §. An
 ton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. Homicidium casuale. Angelica,
 verbo, Homicidium, 2. §. 22. Sylu. verbo, Homicidium, 2. §. 27.
 Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. 1. & §. 7. & Maiol. lib. 5.
 cap. 4. §. 3. numer. 14. Albericus, verbo, Homicidium, 6. in fi
 ne, & citat Hostiens. Cosmus Philarchus lib. 4. cap. 11.
 §. 7. Regula 2.

29. Vigesimo primo infertur, Irregularem esse eum, qui lu
 dendo lapidem proicit in aliquem, aut sclopm in ali
 quem explodit, si is, in quem lapis conijcitur, nec percussa
 est, fugiens cadat, & moriatur; quod intelligitur, quando
 fugiens timebat sibi de graui malo sibi infligendo nisi fu
 geret; & quando proiciens grauius percuteret, vel iactus
 potuisset grauem percussione facere, nisi alius fugisset,
 qui tunc proiciens tenetur de homicidio, tunc enim no
 xius, & periculosus est ludus etiam in pueris, secus autem
 si fugiens timebat solum de percussione leui, & percussio
 & proiciens intendit solum leuiter percute: vel si proi
 cians a longe lapidem misit, & terrefecit hominem eo mo
 do, qui non solet perturbare, aut nocere, tunc enim licet
 alius timeas fugeret, & corruens interiret, proiciens ir
 regularis non esset. Innoc. & Hostiens. & Panorm. in cap. ex
 hibita, numer. 4. & 5. de homicid. Summa Astenfis par. 2. li.
 6. tit. 14. art. 6. quaest. 4. Angelica, Homicidium, 2. §. 11. Syl
 uest. verbo, Homicidium, 2. §. 21. Hugut. in cap. sep. dist.
 50. Alberic. verbo, Homicidium, 6. Summa Confess. u. eod.
 quaest. 19. & 27. Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. Quarto.
 S. Anton. par. 3. tit. 29. c. 2. §. 3. Maiol. lib. 5. c. 4. §. 3. nume.
 4. Alphons. Viuald. tract. de Irreg. num. 267. & Henriquez
 30 lib. 14. cap. 15. §. 3. Eodem modo qui proicit lapidem in
 Petrum, & Petrus alterum impellit, sine dolo, & alter occi
 ditur, irregularis efficitur non Petrus, sed qui lapidem pro
 iecit in Petrum. Item, si Ioannes lapidem in Petrum inij
 cit, Petrus autem declinante ictum lapis percussit Paulum
 si Paulus occidatur, irregularis est, Ioannes qui proiecit la
 pidem, non Petrus qui ictum declinauit; & si Paulus qui
 occisus est, Clericus fuerit, Ioannes & excommunicatus, &
 irregularis erit. Hugut. in cap. Sep. dist. 50. Summa Con
 fess. lib. 2. tit. 1. quaest. 27. Summa Astenfis par. 2. lib. 6. titul.
 14. art. 6. quaest. 8. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 2. §. 3. Angeli
 ca, verbo, Homicidium, 2. §. 19. Syluest. verbo, excommu
 nicatio, 6. num. 6. §. Sciendum est quarto, vers. Secundo
 ubi citat & sequitur Alan. & Hostiens. quoad casum pra
 dictum de excommunicatione, quia dat operam rei illicitae,
 & hoc non sine diabolica suasionem, & verbo, Homici
 dium, 2. §. 26. Nauar. in Man. capitul. 27. numer. 236. vers.
 vigesimo quinto, Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. 2.
 Maiol. lib. 5. capitul. 4. §. 3. numer. 5. & 6. & Henriquez
 lib. 14. capitul. 15. §. 3. qui duo vltimi idem docent quod
 Syluest. tam de excommunicatione, quam de irregularita
 te. Sin autem ictus lapidis directus fuisset in nauem, vel
 quadrupedem, non autem in hominem, & fortuito homi
 nem occiderit, vel mutilarit, non incurritur irregularitas,
 cum actio licita sit, & nullo modo ex se ad hominis occi
 sionem periculosa, vt colligitur ex glo. in c. Clerico, dist. 50.
 Sylu. Homicidium, 2. §. Quinto. Tabiena, Irregularitas, 3.

§. 19. Maiol. lib. 5. c. 4. §. 3. numer. 5. Alphons. Viuald. tract.
 de Irreg. nu. 270.

31. Vigesimo secundo infertur, Irregularem esse eum qui ioc
 perterrefacit virum meticulousum aliquo motu subita
 neo, si ipse eo metu percussus se praecipit, aut mutiletur,
 ex Maiol. lib. 5. capitul. 48. §. 3. numer. 8. & Henriquez lib.
 14. capitul. 15. §. 3. exemplum esse potest in circularere, aut
 alio deferente serpentes, aut angues, quos subito motu offe
 dat, vt metum incutiat, & ob id mors, aut mutilatio con
 tingerit, & iure ciuili extraordinaria poena punitur, pro mo
 do culpae, vlt. ff. de extraord. crimin. cuius culpa ratione
 inducitur irregularitas, vt praefati auctores tradunt. Item
 iuuenes lasciuientes, si vesicam turgidam porci subito ru
 pant, aut aliquid aliud, vnde subito ille fragor, & crepitus
 mulieri praegnantem abortus dederit, si hoc fecerint
 causa perterrefaciendi, irregulares sunt, si scire poterunt
 eam mulierem praegnantem fuisse, cum sint in dolo, &
 causam sufficientem abortus dederint, sic Innoc. Abbas
 & Vinc. Maiol. lib. 5. capitul. 38. §. 3. nume. 8. Summa Co
 rona tract. de Irregul. numer. 16. Regula 2. & Henriquez
 lib. 14. capitul. 15. §. 3. & faciunt quae tradit Caiet. 2. 2. q.
 64. articulo. 8. in fine, maxime considerata feminaram natu
 ra, quae admodum timida est; quamuis Angelica, verbo,
 Homicidium, 2. §. 12. & Syluest. verbo, Homicidium, 2. §.
 22. & Tabiena, verbo, Irregularitas, 3. §. 14. contrarium in
 hoc vltimo exemplo doceant in pueris, qui ludendo id fa
 ciunt sine dolo, & ignorantia probabili talis euentus futu
 ri & fauet Maiol. ubi supra, & est rationabilis opinio, cum
 dent operam ludo licito, & dolo careant. Et ex his casibus
 facile colligitur, quid in alijs similibus iudicandum sit.

32. Adde etiam haec, quae de homicidio casuali dicta sunt,
 intelligenda esse non solum, vt irregulares constituantur
 quoad ordines suscipiendos, sed etiam quoad susceptos,
 vt expresse docent Panormitan. in cap. Dilectus, numer. 3. &
 Ioan. Andr. quem Panorm. ibi citat, & Anan. & idem Panorm.
 in cap. Significasti, 1. de homicid. & Couar. in Clem. Si fu
 riosus, par. 2. §. 4. numer. 11. in fine, de homicid. quicquid
 glo. in capitulo. Dilectus, in verbo, Nec actu, & Felin. in
 capital. presbiterum, numer. 3. de homicid. velint impedi
 re solum quoad ordines suscipiendos, non autem quoad
 susceptos.

De dispensatione in irregularitate ex Homicidio voluntario, vel casuali proueniente. Cap. VII.

SUMMARYM.

- 1 Dispensatio in irregularitate ex homicidio post Concilium Tridentino a quo facienda.
- 2 Irregularitas ex homicidio iniusto proueniens baptismum tollitur.
- 3 Papa in omni irregularitate ex homicidio voluntario etiam notorio dispensare potest, & quae huius sit ratio.
- 4 Papa cum homicida voluntario difficulter, & etiam additis quibusdam conditionibus dispensare solet.
- 5 Homicidium duplex est, aliud voluntarium, aliud casuale.
- 6 Voluntarium quidnam censendum.
- 7 Casuale quid & quotuplex sit.
- 8 Casuali in homicidio alia est ratio quoad culpam, alia vero quantum ad facultatem dispensandi in eo.
- 9 Dispensare potest Episcopus in omni irregularitate ex delicto occulto proueniente, excepto homicidio voluntario.
- 10 Dispensare non potest episcopus circa irregularitates ex delicto ad forum contentiosum deducto.
- 11 Tempus datum pro ordinibus suscipiendis, pendente lite circa delictum irregularitatem inducens, quodnam sit.
- 12 Episcopus inquisitus, ordines conferre, & alia Pontificalia exercere potest.

